e-codices

98

Si interuallum binario multiplicetur ad quid quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex ſi ſit ipſum quoque ſi non erit multiplex· Sit enim interuallum ·B C· fiatque ut c ad B· ita B· ad D· et ſi non ſit D· eius quod ē c multiplex dico quoniam nec B· eſt quod ē c· erit multiplex· Si enim eſt et D· eius quod ē c· multiplex eſt ut d at non eſt ſi fieri igitur · B· eius quod ē c· multiplex·

VII Duplex interuallum ex duobus maximis ſuperparticularibus coniungitur ſeſqualtero et ſeſquitertio· Sit enim A· quidem eius quod ē B ſeſqualt· B uero eius quod ē c· ſeſquitertius· dico quoniam A· eius quod ē c· duplex ē· quoniam igitur ſeſqualt ē A eius quod ē B· Igitur A· habet in ſe totum · B· eiusque dimidium· Duo igitur · A equis tribus B· Rurſus quoniam · B eius quod ē c· ſeſquitertius ē· B igitur habet c· et eius tertiam partem, tres igitur B equi ſunt ad quattuor ·c· tres autem B equi erant duobus A· Duo igitur A· equis ad quattuor ·c· Unus igitur ·A· aequus ē duobus VI duplex erit igitur · A eius quod ē c et in numeris· Sit enim ſeſqualt XII ad VIII· ſeſquitertius uero VIII ad VI· ergo XII· ad VI duplices ſunt·



dus diapte· faciunt quos diateſſaron

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 98 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0298/98)